

Pieris persica Gdgr. — Biennis a basi aperte ramosissima, ramis albido-viridibus aculeolatis, folia infer. lineari-oblonga acuta sinuata viridia, capitula longe pedunculata, pedunculi tenues non incrassati, involucri oblongi phylla cana dorso setosa pappum niveum deciduum æquantia, calyculus subpatulus, achenia rugosa fulva.

HAB. : Persia austro-or., in rupibus ad Kerman (*Bornmüller* n. 4 138!).

A *P. strigosa* MB. differt ramis subdivaricatis albidis, foliis subintegris, etc. Sub eodem n. exstat etiam permixta *P. glaucescens* DC. cum *P. strigosa* sæpius immerito confusa et cujus specimen a Bornm. lectum habeo.

Pieris turcomanica Gdgr. — A *P. strigosa* MB. differt indumento multo magis aspero-aculeolato, foliis inferioribus profunde lobatis lyratis, lobis obtusis, pedunculis incrassatis brevioribus, pappo sordide albido, calyculi phyllis sæpe recurvatis.

HAB. : Transcaspia, Kisil-Arwat in m. Sundsodagh (*Sintenis* n. 1851! sub. nom. var. *turcomanica* Bornm. Sint.)

Caulis rigidus virgatus superne tantum et recte ramosus.

✓ **Stephanomeris Hitchcockii** Gdgr. — A basi divaricatim ramosissima humilis conferta glaucescens, folia linearia tenuissime incisa, calyculus adpressus, capitula breviter pedunculata solitaria, phylla involucri 8 mm. longa, pappus albus nec albidus.

HAB. : America bor., Kansas ad Meade (*Hitchcock* n. 1 122!)

Medium tenet inter *S. minorem* Nutt. et *S. rucinatam* Nutt. sed huic proximior a qua foliis filiformibus, statura nana (10-15 cm.) etc. differt. Radix incrassata.

✓ **Stephanomeris oregonensis** Gdgr. — Biennis humilis glaucescens paniculato-ramosissima, folia filiformia integra, pedunculi valde bracteati uniflori in racemos tenues laxifloros producti, calyculus subpatulus, capitula anguste cylindrica 3-5-flora, pappus albus.

HAB. : America bor.-occid., Oregon ad Ochoco River (*Cusick* n. 2 695!).

Facies præcedentis sed prope *S. minorem* Nutt. collocanda quacum cl. collector, dubitanter quidem, associat. Sed gracilitate partium, flosculis optime discernenda.

Cæterum, cl *Suksdorf* sub. n. 5 867 (e Bingen, Washington) specimina distribuit huic speciei sat proxima, sed caules subbipedales, flosculi numerosiores et capitula non racemosa; unde novam speciem sisteunt atque **Stephanomeris Suksdorfii** Gdgr salutandam esse autumo.

Thrinicia Carreiroi. Gdgr. — Radix fibroso-incrassata, caules flexuosi ramosi hispidi, folia oblonga sublonga basi longe lateque petiolata hispida remote dentata nec incisa, pedunculi sulcati foliis longiores, phylla involucri sparse pilosa ligulis duplo breviora, pappus albidus.

HAB. : Açores, insula S. Miguel ad Lagõa (*Carreiro* n. 902 B!)

Affinis *T. nudicaulis* Lowe a qua indumento parcior, foliis non incisis vel runcinatis, caulibus elongatis recedit.

Cl. collector ex eodem loco alteram formam insignem præcedenti vicinam distribuit sub n. 980 : caule pedali, indumento subnullo, foliis lanceolatis acute dentatis, involucri glaberrimi phyllis duplo minoribus